









1.  
1.  
2\*  
c  
a  
3.0  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.



1768.

1. \* Bornius. Rhapsodia in pro quolibet obvenientium  
neque tam in legibus decisarum. Coll. 20. Programma,  
quod ordinarius senior ceterisque fac. jur. auctores me-  
morian Bornianam indicunt.
2. \* Bivostinij. Rhapsodia questionum in pro quolibet  
obvenientium neque tam in legibus decisarum. Coll. 19.  
Programma, quo trium . . . facultatum Decani, seniores  
et reliqui auctores memoriam bivostinianam indicunt.
3. Bauer, Henricus Europae, fac. jur. pro cancellariis: De pecu-  
nia non feudali. Programma, quo solennia Doctoralia Ger-  
gi Cur. Stockhausen indicunt.
4. Bauer, Henr. Europae: Legato ususfructus omnium bono-  
rum feudum non contineri.
5. Bauer, Henr. Europae: De testamenti factione  
usalli.
6. Breuning, Christianus Henr: An exceptioni Illi Macedo-  
niansi noccat replicatio pecuniae adventitiae irregula-  
ris? 2
7. Breuning, Christianus Henr: De casus praestatione
8. Breuning, Christianus Henr: An vindicta rei a fidei pos-  
sore tollat vindicationem a vero possessore? 2

1768

9. Breuning, Christianus Huer: Specimen continens cepit  
juris controversum ad Tulliacum in cap. 28 d.  
de vulgar. et papillar. substitut.
10. Breuning, Christianus Huer: De servitute in faciendo  
et philosophicum Pomponii in l. 15 d. de servitutib.
11. Breuning, Christianus Huer: De jure partu spurii cogendi  
ab omni a patre non obstante transactione inita cum  
matre.
12. Breuning, Christianus Huer: Quatenus factum de  
remittendo ad uno coherede initum reliquis prosit? 22
13. Breuning, Christianus Huer: An immunitas a cautione  
moneat, qui desit esse immobilium possessor et  
Maerum in l. 15 § 7 d. qui satis dare cogantur. 23
14. Breuning, Christianus Huer: De obligatione mandati  
non servatis limitibus. 24
15. Breuning, Christianus Huer: De generibus actionum in  
bonae fidei et stricti juris divisionis fundamentis. 26
16. Breuning, Christianus Huer: De mortis causis donatione  
qua fitulo justo non capionis. 27

1788

17. Breuning, Christianus Hur: De civis obligatione et actione et praeceptis humanitatis
18. Breuning, Christianus Hur: De jure meliorationis rei usufructuariae ab usufructuario factae.
19. Breuning, Christianus Hur: De jure revocandi integram donationem inter vivos inofficiosam.
20. Breuning, Christianus Hur: De additione hereditatis a filio familiae factae.
21. Breuning, Christianus Hur: De transactione tutoris in causa pupillari.
22. Breuning, Christianus Hur: De vi confessionis extra iudicium.
23. Breuning, Christianus Hur: De donatione nascitura factae.
24. Breuning, Christianus Hur: De retentione depositi illiciti.
25. Breuning, Christianus Hur: De actionibus petens filii divitis.
26. Breuning, Christianus Hur: De transactione super relictis in testamento tabulis non inspectis.
27. Breuning, Christianus Hur: De interrogatoriis ad huc offerendis pro factae productionis.

1768

28. Breuning, Christianus Nure: De consensu communi  
inter autoritates efficaces frat hierologiae ecclesiae.

Hva?

29. Breuning, Christianus Nure: De curatore libris in  
concursum credituram.

30. Eccius, Dr. Georgius: De Augusti Gisleis Buebequis  
Programma, quo lectiones suas indicit

31. Geilerus, Carolus Nurem: De conjunctione Constanti  
Holsatiae cum Ducatu Saxoniae

32. Hermannus, Christianus Gottfried: De curia Impera-  
torum et regum Germaniae coronatione solemnibus specialibus  
De eorum a comitibus imperii differentia

33. Hummel, Carolus Ferdinandus, Soc. J. in. pro can. collegio  
Dissertatione quaestionum in foro quotidiano abve-  
nientium, neque tamen in legibus decisarum Cult.  
Programma, quo sumuntur in fine si haec non  
res - - - Davidi Schieblers . . . tribuuntur ind.  
cit.

34. Hommelius, Carolus Ferdinandus: Sibilone De emendanda  
pro eorum meditationes.

35. Kueslerus, Christ. W. et: De destinatione feminae non Nure-  
m. ad locum Ciceronis Topix. C. Y. Programma, quo inang. docto-  
rum in fine . . . Fridrici Hurici Eschenbacheri indicit



8624

1768/4.

LEGATO VSVSFRVCTVS  
OMNIVM BONORVM FEVDVM NON  
CONTINERI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

MODERANTE

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SVPR. CVR. PROVINCIAL. ET COLLEG. ICTOR.

ASSESS. PROF. INSTIT. P. O. ET COLLEG.

MINOR. PRINCIPP. COLLEG.

D. XXI. MART. A. C. CIOIOCCCLXVIII.

IN AVDITORIO IVRIDICO

DEFENDET

SAMVEL FRIDERICVS IHLE

CHEMNIT. MISNIC.

---

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEIMIA



LEGATO VSYSTR VOTVS  
OMNIVM HONORVM INDICTIONE  
CONSTITVIT  
ILLVSTRIS SVEVICA ORDINIS  
CONSENSV  
MODERANTE  
D. HENR. COCHLITZBO HAVERO  
SVM SVBTEORICALI T. COLLE. HENR.  
ASSASSI SVBTEORICALI SVBTEORICALI  
D. HENR. COCHLITZBO HAVERO  
IN AVDITIO IURIDICO  
D. HENR. COCHLITZBO HAVERO  
SAMUEL FRANKENBERG  
D. HENR. COCHLITZBO HAVERO  
IX. OCTOBRIS 1700



I. N. D.

LEGATO VSVSFRUCTVS  
OMNIVM BONORVM FEVDVM NON CONTINETVR.



Quodsi quidem plurima in iure clientelari parum cu- *Introitu.*  
rate ab interpretibus proposita tenebrisque magis in-  
voluta quam illustrata sunt, inprimis hoc de testamen-  
ti factione meo iure mihi defendere videor. Disputationem  
hanc ad feuda, si successionem respicias, ab allodiis in hoc so-  
lo, vt, fisci loco, domino directo aperiantur, diuersa non perti-  
nere, me etiam non monente, omnes periti intelligunt. Quae  
nimirum, dum eorum mortis causa omni modo alienandorum,  
vel, si liberit, ab intestato in quoscunque transmittendorum,  
cliens iure potiat, si ex testamento, vel codicillo, aliaue id ge-  
nus ordinatione petendam successionem respicias, ex ciuili allo-  
diorum iure omnino censenda sunt. Ex quo vero debeat cogno-  
sci, eiusmodi, an proprium nobis fetidum obiciatur, hoc loco  
proponere, nimis longum foret. Missisque adeo, quae huc re-  
spiciunt, sunt autem valde multa, omnibus, monebo hoc vnicum,  
ius, inter viuos beneficium ex arbitrio alienandi, illam impro-  
prietatem non inferre, quod, praeter alia, quae huc afferri pos-  
sent, argumenta, ab HORNIO in *lpr. Feud. Cap. XIV. §. 4.* dicta  
fatis confirmant. Solis igitur his, quorum feci mentionem, feu-  
dis exceptis, quaeque compendii causa absolute hereditaria dice-  
re liceat, ad reliqua omnia spectat nostra dissertatio.

§. II.

Est videlicet natura feudorum, vt vasalli hoc iure, ad filios *Feuda suana-*  
ea, omnesque masculos ex iis vel proxime, vel per filios descen- *tura testa-*  
dentes, et ex iustis quidem nuptiis procreatos, transmittendi, a *menti factio-*  
seniore accipiant. Eidemque, hac prole extincta, nulla, ex ti- *nem respiciunt.*  
tulo,



tulo, quo interueniente fuerint quaesita, neque ex singulari quadam immunitate data defensione, reliquis heredibus exclusis, restituat. Id est, quia apertura, per quam plenum dominium recuperatur, domino directo est proficua, nostrumque sine facto nostro ad alium transferri non potest, omnia potius, quae animi destinatione agenda sunt, non, nisi vera ac certa scientia, perfici possunt, nemoque adeo habendus est, suum iactare voluisse, quae aequitatis praecepta, iure ciuili confirmata, eundem in clientelari iure sibi locum vindicant, consequitur, neque oblata, neque emittita, neque pignoratitia, neque conditionata, vel franca, aliisue praedita immunitatibus feuda, ad feminas transitoria, multoque minus testamenti factioni haberi obnoxia posse. Ut potius, quemadmodum iure ciuili docemur, fiduciario heredi, succedendi ordinem a fidei committente praescriptum inuertere, non licere, huiusque ordinationi standum esse, *l. 32. §. fin. D. d. Legat. II.* iis etiam solis ad beneficium aditus pateat, quos vel in litteris inuestiturae discrete nominauerit, vel intellexisse ex natura feudorum legibus constituta censendus sit.

### §. III.

*Quodammodo  
eam reci-  
piunt.*

At enim uero non plane testamenti factioni feuda exempta esse opineris. Quamquam ex prima concessione domini uilis, quam uidimus non soli uasallo, uerum simul omnibus eius, et primi gradus, et ulteriorum, filiis fieri, iudicari possit, non tamen omnino procedere, ipsum ius feudale docet. Quippe *ex tit. XLV. et LI. §. 4. Lib. II. Feud.* inter filios et agnatos uasalli distingendum esse, illosque hereditatem sine beneficio repudiare prohiberi, his uero, modo paternum subsit feudum, eius retinendi, simulque, sibi delatae hereditatis recusandae, copiam esse intelligimus. Et licet antiquum Ius Feudale Germanorum, confirmatum nouis legibus illustratumque, agnatorum successionem nullam agnoscat, potiusque statuatur, suscepta a filiis paternae hereditatis diuisione, qua beneficium uni a reliquis concessum fuerit, hos omnem succedendi spem, nisi inuestitura simultanea sibi caue-

cauerint. *amittere v. I. F. S. Cap. XXXII. I. F. A. Cap. LXV. §. 1. 2. add. Cap. III. §. 3. 4. et Cap. CIII. §. 3. Mand. nouiss. d. d. 30. April. 1764. Tit. I. §. 6. eandem tamen inter filios, manumque, vt loqui solent, communi comprehensos distinguendi rationem admittit. v. Const. El. XLVII. Part. II. et Torgauisch. Auschr. d. a. 1583. Tit. Welchergestalt die Agnaten §. da aber ein Vater v. cit. Mand. Tit. I. §. 4. In eo etiam iure Feudali Longobardico durior, vt, ne consentientibus quidem simul inuestitis, inuestiturae quasi de nouo beneficio impetrandae cit. Tit. XLV. in fin. spem sibi videant expositam. Nec pertinere huc feudorum in antiqua et noua diuisionem, vehementerque eos errare, qui omne ius patri, adimendi filio paterni beneficii, denegant, si ius commune intuearis, Parens b. m. IOH. GOD. in Dissert. de vasallo exheredante §. 4. seqq. euicit, idemque de iure nostro cit. II. abunde comprobant. His praestructis, nostrum est inquirere, an his principiis conficiatur, vt omnis generis dispositio mortis causa a vasallo, respectu ad feudum habitum, suscepta in filii detrimentum vergere debeat. In qua re ita versabor, vt, quae huc pertinere videantur, in singula inquiram, hoc loco exordiar, quauis data occasione persequar, et, quam primum fieri possit, perducam. Et quoniam in vno exemplo iam substituere debui, hoc me permouit, vt his quidem §§phis angustius rubrum constituerem.*

## §. IV.

Primo quidem ponamus, filium a vasallo heredem institutum, eidemque legem scriptam, vt integrae hereditatis fructus Titio. donec viuus interfuerit, concederet. Feudi ne simul fructus debentur. an minus. Si subscribendum esset eorum sententiae, qui existimant, vsu fructu omnium bonorum etiam contineri fideicommissum ex fideicommittentis voluntate hereditariu restituum, quos ipse securus recenset STRVV. GE. AD. in Iprud. Rom. Lib. II. Tit. 24. §. 7. et in Exercitatt. ad Pand. Lib. XXXIII. Tit. II. fere indubium videri posset, idem de feudis

*Legatum  
vsusfructus  
feudum non  
comprehendit.  
Illustratio pen-  
tita a fidei-  
commissa.*



dis esse statuendum. Verum rectius putare MENCKENIUM ad *Lib. et Tit. cit.* §. 3. existimo, non fideicommissi fructus deberi, nisi, de eo etiam testatorem cogitasse, aliunde constet. Quippe filius, repudiata patris hereditate, rem ex fideicommissio sibi restituentam iure suo retinet, heres patris super fideicommissio ordinata rata habere debet. Verum generali appellatione omnium bonorum ea sola respexisse testator habendus est, quae ad hereditatem in sensu stricto pertineant, neque sibi arrogare, iis etiam dicere legem, voluisse, quibus fideicommissum succedendi ordinem statuisset, dum praesertim, fideicommissarium se quoque inprimis amare, heredis institutione declaravit.

§. V.

*Transitus ad feuda.*

Feudorum conditio in hoc similis fideicommissorum, ut, quibus haec temporis et euentuum successu cedere debeant, fideicommissum, quibus illa dominus directus ordinet, in eo ab- similis, ut fideicommissum, ab hereditate fiduciarii separatum, fideicommissario, non ab allodiali substantia feudum retinere vasalli filio liceat. Adeoque vasallus testator, omnium bonorum suorum vel totius hereditatis fructus extraneo legans, reputari posset feudum pariter atque allodium respexisse. At enimvero, quum feuda in pleno vasalli dominio non sint, et is, penes quem altera domini pars est, certum succedendi ordinem constituerit, eandemque ob causam ius beneficiarium de testamentis nihil, vel certe parum habeat, non existimo, vasallum ex dictione usufructus omnium bonorum praesumi posse, filio suo de iure a domino directo accepto aliquid detrahere voluisse, ut potius, diserta feudi mentione non facta, habendus sit, quoad hoc in iuris feudalis prouisione adquiescere, bonorumque hereditatis appellatione ea tantum notare voluisse, quae pleno iure habeat, quaeque sua natura testamenti factionem recipiant. Taceo, contra naturam esse, ex substantia sua percipiendam commoditatem omnem suae proli denegare, adeoque simul ex turpitudine, qualis quaedam in eiusmodi dispositione continetur, diuinationem exci-

*Argumenta quibus negatiua sententia confirmatur.*

excitari, non ita legaturum fuisse testatorem, nisi, feudum eo legato non contineri, ipse putauisset. Eundemque in modum de feudo promiscuae successione pro filiabus, eiusmodi legato gratuitis, respondendum esse existimo.

## §. VI.

Hoc autem ex supra citatis beneficiarii iuris capitulis consequi largior, et ipse defendo, non admittendum esse filium, qui praeter feudum substantiae allodialis legitimam portionem sibi pleno iure cedere arbitretur. Scilicet, ex quo filius feudum ab allodio separare prohibetur, hoc per illud augetur, simulque adeo id efficitur, filium, qui feudum, in quo legitima continetur, obtinuit, iterumque legitimam ex allodio vindicare studet, eandem rem bis exigere. Obtinuit enim beneficii fructus non suo iure, verum, quod probauimus, ex testatoris voluntate, qui adeo non putandus est, legem sibi intuitu legitimae praescriptam violasse. Quodsi vero feudi etiam fructus legato testator discrete continet, tum quidem legatum in feudo, cui videlicet successor extraneus haud irrogatur, subsistit, filius autem totius hereditatis, in quam feudum imputandum est, legitimam portionem, si non adiecta est cautela Socini, pleno iure sibi recte vindicat.

*Legitimam  
praeter fe-  
dum filius non  
postulare va-  
let.*

## §. VII.

Quam ei praeter feudum asserere non dubito, si super beneficio simultaneam inuestituram, patre vasallo consentiente, fuerit nactus, dein heres ab hoc institutus, iustusque, ususfructum omnium bonorum, nulla simul feudi mentione facta, extraneo concedere. Quippe beneficii successionem quo minus tum ex simultanea inuestitura, simulque, tanquam filius, ex allodiali substantia legitimam portionem ab onere ususfructus immunem possulet, non video, quid impediatur, si quidem, prout alii simul inuestito, ipsi integrum esse debet, feudum suo iure capere, hereditatemque repudiare, adeoque huius partem illud non constituat. Verum, prout huius quidem observationis in beneficiis in posterum acquirendis per ea, quae in supra cit. Mand. feudor. nouiss.

*De filii simul  
inuestiti circa  
legitimam  
iure.*



*nouiss. Tit. VII. §. 3.* constituta sunt, nullus esse potest usus, ea plane non pertinet ad filium de paterno feudo simul inuestitum, qui, heres a patre scriptus, feudi pariter, atque allodii, fructus praestare iubetur. Ut potius hic, nisi in legitima allodii portione praeter feudum acquiescere malit, sequi testatoris voluntatem teneatur.

## §. VIII.

*De duobus va-  
salli filiis,  
quorum alteri  
usus fructus  
legatus.*

Quae de legato usus fructus omnium bonorum eiusque effectu quoad feudum a testatore relictum disputavi, non minus affirmare ausim, si pater utroque filio herede scripto, alteri omnium bonorum fructus legauerit, ut videlicet in proprietate institutus bonorum allodialium, quae ad se deferantur, usum fructum praelegati nomine fratri concedere debeat, clientelam vero omni iure communem sibi vindicare valeat. Etenim pater nosse debuit, ad filium praelegato auctum aequae feudi successionem pertinere, non intelligo, cur hic locus denegari debeat iis argumentis, quae in eam sententiam, ut usus fructus omnium bonorum legato feudum comprehendi negarem, me adduxerunt. Quibus haec etiam accedunt, eodem erga singulos liberos amore esse, patrem censei, et ex hac praesumptione, nisi aliam sententiam diserte declarauerit, iudicari. Quod si vero, quo tempore condebarur testamentum, nihil vel parum praeter feudum testator in bonis habuit, vel, si quae habuerit, nullo alio testamento condito, consumpsit, existimo, quia ludendi animus nemini potest assignari, eius, quod praeter legitimam relinquitur, feudi pariter, atque allodii, fructus legatario esse concedendos. Idemque habendum esse, si beneficium testator, postquam testatus fuerat, comparauit. Quippe, totius substantiae usum fructum ad legatarium se peruenire velle declarauit, cumque feudum, relicto filio herede, hac potestate eum non exuat, ex sola eius acquisitione mutati consilii iudicium ferri non poterit.

*Notatur ex-  
ceptiones.*

T A N T V M.



ULB Halle

3

005 880 491



VD18





1768, 4.

D VSVSFRVCTVS  
NORVM FEVDVM NON  
CONTINERI  
S ICTORVM ORDINIS  
CONSENSV  
ODERANTE  
GODOFREDO BAVERO  
VINCIAL. ET COLLEG. ICTOR.  
F. INSTITT. P. O. ET COLLEG.  
R. PRINCIPP. COLLEG.  
ART. A. C. CIDIICCLXVIII.  
TORIO IVRIDICO  
EFENDET  
FRIDERICVS IHLE  
HEMNIT. MISNIC.

I P S I A E  
CINA LANGENHEIMIA

